

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Heinrich Rudolph Redecker Dethlev Jensen

**Examen Iuris ...**

**Nonum :**

Rostochi[i]: Richelius, 1670

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747238421>**

Band (Druck) Freier  Zugang 

Xann jāris IX.

Rugj 1670.

Heim. Ried. Redeker, Pr. 16

Deklar Tenson, Reg.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn747238421/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747238421/phys_0002)

DFG

I. N. D.  
**EXAMEN JURIS**  
**NONUM,**

*Sub PRÆSIDIO*

*VIRI Excellentissimi atq; Consultissimi*

**DN. HEINRICI RUDOLPHI**

*Redeferm/ J. U. D. & Prof. Publ.*

*Facult: Jurid. p. t. Decani spectabilis*

*Dn. Patroni, Praeceptoris, ac studiorum suorum Promotorie  
optimi, aeternumq; colendissimi*

*Publico eruditorum examini*

*sistit*

**DETHLEVUS Jensen/**

*Neostadio - Holsatus.*

**In Auditorio Majori**

*d. 9. Aprill.*

*ne : ne*

*ROSTOCHI*

**Typis Jacobi Richelii, Senat. Typograph.**

*ANNO CIC 1670 LXX.*

*1670*

	Ecclesia juris
I	Stephani 1664
II	Kleinbockw 1666
III	—
IV	—
V	Gülich 1666
VI	Pflaumw 1667
VII	Aosdeler 1668
VIII	Altenholte 1669





I. N. D.

## Examen Nonum.

AD TIT. XX.

De

### LEGATIS.

Ad Rubr:

#### 1. Quomodo coherent §§. in b. 8.

**L**Egata considerantur vel INGENERE, & ita ratione continuationis titulorum in pr: definitionis §. 1. & divisionis §. 2. 3. vel in specie qvā materiam, vel formam: MATERIA vel est OBJECTIVA & sic considerantur res corporales ut singula, qvæ sunt alienæ & præsentes, absolute §. 4. secundum quid §. 5. quod declaratur §. 6. aut futura §. 7. & relinqui possunt pluribus conjunctim §. 8. vel singulatim §. 9. aut propriæ, & tunc legatarii §. 10. 11. vel testatoris, simpliciter §. 12. aut secundum quid §. 13. 14. v.

Respon-  
dente.  
DETHLE-  
VO JEN-  
SEN.  
Neosta-  
diensi.

nisi tales esse desierint §. 16 Hollato,  
17. vel genera §. 18. 19. 20. aut  
etiam res incorporeas, de  
qvibus in genere §. 21. in spe-  
cie, ut optio §. 22. 23. vel SUB-  
JECTIVA in genere §. 24. in  
specie ubi qvædam personæ  
impediuntur, eq; impedi-  
menta sunt vera, si persona  
legatarii incerta, de qvâ jure  
veteri §. 25. 26. novo §. 27. 28.  
aut apparentia §. 29. 30. 31. &  
si heres & legatarius habeantur  
pro unâ personâ §. 32. 33.  
FORMA vel est ordinis §. 34. 35.  
vel modi §. ult.

Ad Pr:

& §. 1.

#### 2. Quomodo definitur le- gatum?

Legatum, à lege dictum,  
li qvia

qvia legare est testamento aliquid relinqvere, in latiori significatu denotat etiam heredis institutionem l. 120. de V. S. nec non fideicommissum, & mortis causa donationem l. 87. de leg. 3. hinc ab ill piano definitur, qvod legis modo imperativè relinquitur, in Fragm. tit. 24. pr. Et sic quidem à fideicommisso, qvod precario modo relinquitur, distinguitur d. l. §. 1. Inst. de fideic. her. vix tamen est qvin heredis institutionem contineat. Aliter à Florentino in l. 116. de leg. 1. aliter à Modestino in l. 36. ff. de leg. 2. Ex qvibus videre est, legata antiquitus non nisi testamento relictæ esse §. 10. J. de fideic. her. Imper. Justinianus tamen, applicativè ad sua tempora, ubi legata etiam ab intestato possunt relinqvi, & fideicommissis sunt exæqvata §. 3. b. l. 2. C. comm. de leg. legatum definit, qvod sit: *Donatio quedam à defuncto relicta, ab herede præstanda* §. 1. b.

3. *Quomodo explicatur hac definitio?*

Dicitur *Donatio quedam*, qvia nullo jure cogente fit d. l. 36. juncta l. 29. ff. d. donat. adeoq; species quidem est donationis, sed analogica, qvia non est donatio inter vivos arg. §. 2. J. d. 1. nec donatio mortis causa, qvia hæc à vivo præstatur §. 1. Inst. d. t. l. 2. ff. de donat. mort. caus. ad hanc tamen refertur, qvoniam utraq; morte dantis demum effectum habet l. 1. ff. d. t. dicitur à defuncto relictæ, qvia verbū relinqvendi ad ultimam voluntatem pertinet, & defunctorum proprium est l. 1. §. pen. ff. de tab. exhib. l. 25. ff. de usufr. dicitur ab herede præstanda, utut enim dominium rei legatæ, à morte testatoris, rectâ transeat in legarium l. 64. ff. de furt. l. 1. C. comm. de legat. tamen possessio præstanda est ab herede arg. l. 1. §. 2. ff. quod leg. juncta l. 13. ff. quod met. caus. Si itaq; ab ipso testatore res legata præste-

*tit. 30. fol. 12. quarto. 3  
BIVP*

præstetur, transit in donatio-  
nem mortis causa l. 22. ff. de  
leg. 2. Sic etiam potest testa-  
tor legatario permittere ut  
legatum sumat, unde fuit si-  
nendi modus §. 2. b.

Ad §. 2.

#### 4. Quod sunt genera lega- torum?

De jure veteri erant qua-  
tuor relinqvendi formulæ  
seu modi: inde quatuor gene-  
ra legatorum appellantur 1.  
per vindicationem, ut do, le-  
go, sumito, capito, habeto.  
2. Per damnationem, ut heres  
damnas esto dare. 3. Per si-  
nendi modum, ut heres meus  
sinat legatarium sumere rem  
illam 4. per præceptionem, ut,  
illam rem præcipito: hoc au-  
tem modo heredibus præle-  
gebatur. Primo a. & ultimo  
modo dominiū recta transi-  
bat ad legatarium, qvi proin-  
de poterat rem legatam pro-  
priā auctoritate capere, *Ulp.*  
*in fr. tit. 25. §. 1. Caj. l. 2. Inst. tit.*  
5. § 1. Jure novo quidē, scl.con-  
stitutionib⁹ Principum Con-

255

stantini, Constantii & Con-  
stantis, omnis verborum so-  
lennitas sublata est. l. 20. C. b.  
7. Jus novissimum autem,  
seu constit. Justiniani, omne  
discrimen, qvod olim, ratio-  
ne effectus, inter dicta lega-  
torum genera erat, sustulit,  
omnibusq; legatis eandem  
naturam tribuit l. 1. C. comm  
de leg,

#### 5. Quot actiones habet le- gatarius?

Tres, 1. Actionē in rem ci-  
vilem, seu rei vindicationem,  
qvæ descendit ex dominio  
qvod transiit in legatariū. l. 80.  
de leg. 2. l. 1. ff. de publ. in rem  
act. 2. Actionem in personam,  
qvæ descendit ex q. contra-  
ctu, seu ex aditione heredita-  
tis §. 5. Inst. de Obl. que q. ex  
cont. 3. In rem prætoriā seu  
hypotheariam, qvæ competit  
adversus omnia bona heredi-  
tatis; hæc superioribus à Justi-  
niano addita est d. l. 1. C.  
comm de leg. adeoq; ex illis u-  
nam eligere debet legatarius  
l. 76. §. 8. de leg. 2. d. l. 1.

h 2 6. Potestue

**6. Potestne etiam legatarii via executiva contra heredem experiri?**

Affirm: *tum ad exemplum heredis, arg. l. fin. C. de Edic. D. Had. toll.* qvia eadem ratio est in parte qvæ est in *toto* arg. l. 76. ff. de R. V. *tum* qvia legatarii sunt favorabiles, *tum* qvia remedium ordinarium non inhibet extraordinarium, si hoc fuerit pinguis, uti in præsentiarum, qt. ex judiciali decreto summariter expeditur Nov. l. c. 4. *tum* qvia cautionis causa potest fieri missio in possessionem rerum hereditiarum l. i. Et. t. ff. Et. C. ut in poss. leg. *tum* qvia æquitati omnino est consentaneum, ut legatario parata executione succurratur.

Ad §. 3.

**7. Quomodo legata sunt fideicommissis exæquata?**

Legata tempore Ulpiani per omnia fideicommissis exæquata fuisse, docet l. 1. ff. b. t. qvæ, nisi interpolata sit à Tri-

boniano, qvod verosimilius, de detractatione Falcidiæ, qvæ de legatis duntaxat loquitur, intelligenda est: plena siqvidem exæquatio, qvo ad vim & effectum scilicet, qvia forma & modus relinquenti diversus hodienum est, à Justiniano primū facta, per §. 3. b. Et. 3. C. comm. de leg.

Ad §. 4.

**8. Potestne etiam res aliena legari?**

Non tantum res testatoris & heredis, qvia una persona reputantur l. 62. 149. de R. J. sed & aliena, legari, si aliàs in commercio sit, potest: usq; adeo ut heres teneatur eam æqvæ conditionibus redimere, vel si id non possit, aut iniqvum exigatur pretium, justam & veram estimationem legatario præstare l. 39. §. 7. de leg. l. l. 12. l. 67. §. 8. de leg. 2. debet tamen testator, nisi conjunctæ persona legatum sit l. 10. C. b. t. l. 17. de leg. 1. scire rem esse alienam, eamq; scientiam ipse legatarius probare d. l. 67. §. 8. l. 2. 21. ff. l. 23. C.

23. C. de probat. l. 4. C. de  
Edend.

9. Quodnam est verum &  
justum rei pretium?

Verum & justum rei pre-  
mium, utisynonymicè dicitur  
l. 2. C. de resc. vend. est pecu-  
nia qvā ipsa res, secundū sub-  
stantiam vel qualitatem su-  
am, communiter estimatur  
l. 14. de V.S. l. 28. 4. ff. de L. Rhod.  
l. 33. ad L. Aquil. l. 63. pr. ff. ad  
L. Falc. vocaturq; quantitatis  
et qualitas l. 1. ff. de contr. emt.  
& adēratio, qvia est estimatio  
rerum in arte l. 14. C. de e-  
rog. mil. ann. lib. XII. l. 30. C.  
Theod. eod. l. ult. C. de mil. vest.  
lib. 12. l. 5. C. Tb. eod. Qvamvis  
enim pecunia numerata, seu  
nummi, una eademq; potes-  
tas ubiq; videatur l. 3. ff. de  
eo quod cert. loc. tamen rerum  
pretia variant l. 63. §. ult. ff.  
ad L. Falc. & tanti res commu-  
niter & ubiq; valere videtur,  
qanti vendi potest homini  
ejus qualitatem scienti l. 18.  
ff. de more. c. don. l. 14. ff. d.  
cond. furt. l. 1. §. 16. ff. ad SC.  
Trebell. l. 3. §. fin. de leg. 3. Fit

autem illa adēratio, in re mo-  
bili secundum ejus substan-  
tiam & artem l. 14. de V. S.  
hinc aliud pretium præsens,  
seu rei ipsius, aliud formale  
seu formæ externæ l. 62. l. ult.  
ff. ad L. Falc. in re immobili  
secundum ejus qualitatem,  
reditus, & fructus l. 92. pr.  
de leg. l. l. 16. C. de rescind.  
vend. l. 13. pr. ff. de reb. eor. A-  
rist. 5. Etb. 7. Ipsi autem fru-  
ctus & reditus computari de-  
bent secundum quantitatem  
tribus annis proximis colle-  
ctam arg. l. 3. C. de Apoch. publ.  
lib. X. & tunc justa pensio est  
qvæ vigesimo anno sortem  
et qvæ Nov. 7. c. 3. §. 1. 2. eadē  
enim proportio est 20. ad u-  
num, qvæ est qvinq; ad cen-  
tum Nov. 32. 33. 34. junge R. J.  
de Anno 1530. 1548.

10. Quid opponitur justo  
rei pretio?

(1) Conventum pretii, qvod  
voluntate contrahentium est  
definitum; potestq; inter-  
dum justo vilius, interdum  
autem carius esse l. 38. ff. de  
contr. emt. qvia licitum est

li. 3. contra

contrahentibus naturaliter h. e. ex naturā contractus, & facto mercantium, secundum jus gentium arg. l. 8. C. de resc. vend. in pretio emtionis, se circumvenire l. 16. §. 4. ff. de minor. l. 12. §. ult. ff. loc. qvod nec jure can: mutatum c. 3. Et pen. X. d. E. Et Vend. De hoc autem pretio agetur infra de Em. & vend. (2) est pretium imaginarium, qvod uno nummo aestimatur l. 66. de J. D. & fictione juris, ad perficiendos actus legitimos, adhibetur §. 6. J. quib. m. pot. solv. §. 1. J. de Testam ord. l. 16. de R. J. l. 14. de V. S. l. 55. de contr. emt. l. 54. de O. Et A.

Ad §. 5.

### 11. Valetne legatum rei op- pignorata?

Si quis rem creditori op-  
pignoratam legaverit, tunc,  
qvia pignoris obligatio vim  
alienationis habet l. fin. C. d.  
reb. al. non al. heres tenetur  
eam luere, h. e. solutā pe-  
cuniā liberare, & præstare l.  
6. C. de fideic. l. 7. §. 12. ff. comm.  
div. modō testator obligatam

fuisse sciverit, nec voluerit  
legatarium eam luere l. 57. ff.  
de leg. 1. l. 15. ff. de dot. Prel.

Ad §. 6.

### 12. Quid si rei aliena lega- ta, priusquam dies legati cedat, legatarius domini- um consecutus sit?

Disting: vel legatarius il-  
lam acquisivit titulo onero-  
so, qvo ipsi aliquid abest, si  
forte rem ipsam emerit l. 61.  
ff. de solut. & tunc nihilomin⁹  
pretiū ex testamēto recupe-  
rabit l. 34. §. 7. l. 84. §. 5. ff. de  
leg. 1. qvia pretium ei abest  
l. 14. de V. S. l. 82. de V. O. vel  
eam accepit titulo lucrativo,  
& tunc legatum, aut ejus aesti-  
mationem, ulterius petere  
nequit: tum qvia rei propriæ  
non est legatum §. 10. b. tum  
qvia duas lucrativæ causæ in-  
eundem hominem & ean-  
dem rem cadere non possunt  
§. 6. b. l. 17. 19. ff. de O. Et A. l.  
87. de leg. 2. Si tamen ex uno  
testamento aestimationem  
fuerit consecutus, ex alio,  
qvo eadem forte res legata  
est, rem ipsam petere potest  
d. l. 34.

259

d. l. 34. juge §. 9. b. i. Quid  
nim rem habet etiam preti-  
um habere censetur, sed qui  
estimationem habet, rem i-  
psam non habet, l. 88. de V. S.  
nec Obst. l. 39. ff. de Usufr.

Ad §. 7.

**13. Valetne etiam spēi, seu  
fructuum futurorum,  
legatum?**

Non solum res præsentes  
sed & futuræ in spem legan-  
tur l. 24. de leg. l. l. 17. de leg. 3.  
arg. l. 8. ff. de contr. emt. qvam-  
vis dubitetur, an legatum sit  
extitulum l. 69. §. ult. de leg.  
l. vel tantum non, quantum  
legatum est, nascatur l. 5. ff.  
de Trit. leg. l. 8. §. 2. huic enim  
legato, cœterum puro, tacita  
conditio, qvæ extrinsecus ex  
naturâ rei colligitur, l. 25. §. 1.  
ff. qn. dies leg. l. 99. de cond. &  
dem. l. 73. ff. de V. O. inest, si  
fructus nascantur l. 1. in fin. d.  
t. d. l. 24. hinc etiam præ mor-  
tuο licet legatario transmit-  
titur ad ejus heredes d. l. 25.  
§. 1. 99. Ad §. 8.

**14. Quomodo eadem res  
plaribus relinquitur?**

Per conjunctionem, qvæ  
triplici modo fit l. 142. de V.  
S. RE TANTUM, cum duobus  
separatim eadem res relin-  
qvitur l. 89. de leg. 3. qvi ideo  
separati vel disjuncti vocan-  
tur, qvia nominum & rei  
complexu unâ oratione non  
junguntur §. 8. b. l. un. §. 10.  
C. de caduc. toll. l. 63. de her. in-  
flit. VERBIS TANTUM, qvos in  
codem legato solus nominū  
complexus jungit, si scil. ea-  
dem res æqvis partibus Titio  
& Sejo relinqvatur tunc enim  
legatarii hi habent suas partes  
pro indiviso assignatas, qvia  
non sunt actu divisi d. l. 89.  
partes autem pro diviso per  
se totum esse incipiunt l. 60.  
ff. de V. S. RE ET VERBIS SI-  
MUL, qvando una eademq;  
res unâ oratione, adeoq; no-  
minum ac rei complexu, plu-  
ribus in solidum relinqvitur,  
ita ut personæ particulis con-  
junctivis, aut sine illis, con-  
junctæ, pro unâ personâ re-  
putentur d. l. 142. l. 7. ff. de U-  
sufruct. acor. l. 36. §. 2. de leg. l.  
junctâ l. 28. §. 1. de V. S.

15. Quid

**15. Quid operatur illa con-  
junctio?**

Jus accrescendi, qvod est  
Jus quo inter personas con-  
junctas deficientis portio ac-  
cedit occupanti l. un. §. 10.  
C. de cad. toll. dummodo non  
sit qvantitas, hæc enim, ex e-  
numeratione personarum, in  
singulas divisa videtur l. 56. ff.  
de cond. & dem. l. 84. §. pen.  
ff. de leg. 1. l. 7. de leg. 2. Ut  
autem L<sup>e</sup>x Papia Poppæa Juri  
accrescendi erat contraria  
Ulpian. tit. 17. & 24. Ita Imp:  
Justinianus eandem legem &  
per eam caduca sustulit l. un.  
C. de cad. toll. relictæ tamen  
sunt vestigia ejus in digestis  
l. 104. de cond. & dem. l. 20. ff.  
de her. pet. l. 24. ff. de lib. leg.

**16. In quibus causis locum  
habet jus accrescendi?**

Non in contractibus l. 110. de  
V. O. nisi res sit indivisibilis  
l. 5. ff. comm. præd. l. 64. ff. d. con-  
tra b. emt. vel donatio qvædā à  
Principe facta l. un. C. si liber.  
imper. soc. lib. X. sed in ultima  
voluntate, ut hereditatibus,

legatis, & mortis causa dona-  
tionibus d. l. un. §. 14. C. de  
cad. toll. l. 1. & t. 1. de usufr.  
acc.

**17. Obtinetne jus accre-  
scendi in omni conjunctio-  
ne?**

Si eadem hereditas pluri-  
bus relicita fuerit, in omni  
conjunctionis specie, salvo  
tamen jure prælationis in-  
ter conjunctos, locum habet:  
quia nemo potest pro parte  
testatus & pro parte intesta-  
tus decederet l. 7. de R. f. l. 66.  
de hered. Instit. hinc & invito  
heredi deficientis portio ad  
crescit l. un. §. 10. C. de cad.  
toll. exceptis casibus in l. 80.  
§. ult. & l. pen. de A. H. Si au-  
tem eadem res legata fuerit,  
distinguendum erit inter le-  
gatum proprietatis, & usus-  
fructus: In illa omnes con-  
juncti, etiam verbis tantum,  
jus accrescendi habent l. 16.  
§. ult. de leg. 1. l. 89. de leg. 3.  
d. l. un. §. 11. C. d. t. ita tamen  
utre & verbis conjuncti dis-  
junctis, qvamvis ab initio so-  
lidum

262

lidum, adeoq; jus non decrescendi, habeat, præferantur d.l. un. C.d.t. d.l. 89. qvia illi sunt unius personæ vice l. 34. pr: de leg. 1. In hoc, verbis tantum conjunctis jus accrescendi non competit; hinc Regula in usufructu pluribus legato obtinet: Toties jus accrescendi esse, quoties in duabus, qui in solidum habuerunt, concurso divisum est l. 3. pr. ff. de Usufr: accr: l. 11. d.t. ratio est, qvod ususfructus, ceu jus personale, promptius ad proprietarium revertatur, & ita personam ejus, cui relictus est, non egrediatur l. 66. de J. D. hinc etiam in proprietate rei, postquam concursum spes omnis accrescendi cessat, secus in usufructu l. 1. §. 3. ff. de Usufr: accr:

Ad §. 9.

18 Quid juris si is, cui fundus alienus legatus est, possit a proprietatem, deducto usufructu, emerit?

Qyamvis illi interim ususfructus ex titulo lucrativo

obvenerit, integrum tamen fundum recte ab herede petit, nec in pœnam plus petitionis incurrit, qvia ususfructus non est pars fundi, sed servitutis locum obtinet l. 25. de V. S. l. 66. §. 6. de leg. 2. Ekvum tamen est, ut heres tanto minoris ex officio Judicis condemnetur, quanto minoris nudam proprietatem emisset, qvia ususfructus et si in jure, & non in parte fundi consistit, tamen re i emolumenntum continet d.l. 66. §. 6. probè autem hic notanda est differentia, inter jus actionis, & officium Judicis actioni deserviens, junge S. 28. de R.D.

Ad §. 10.

19 Quid si res legatarii item legata fuerit?

Si res pleno jure & irrevocabiliter fuerit legatarii, inutiliter ei legatur, qvia jam antea ejus est l. 14. §. pen. ff. de except. rei jud. nec firmatur legatum si vel legatarius eam alienaverit l. 41. §. 1. ff.

Kk

de leg.

*de leg. l. l. pen. ff. de R. J. cui  
opponitur l. i. §. ult. ff. de Reg.  
Caton.* Aliud dicendum si res  
illa revocationi ac restitutio-  
ni fuerit obnoxia l. 82. §. l. 86.  
pr: & §. ult. de leg. i.

Ad §. ii.

**20. Si res propria quasi ali-  
ena legata fuerit?**

Sive illa testatoris, sive  
legatarii fuerit, legatum va-  
let, *tum* qvia exitum volun-  
tas defuncti habere potest,  
*tum* qvia plus valet qvod est  
in veritate, qvam qvod in  
opinione §. ii. b. t. l. 9. §. 4. ff.  
*de Jur. & fact. ign.* l. 2. §. 15. ff.  
*proempt.* Fallit tamē hæc re-  
gula non tantum in delictis  
§. 7. *Inst. de obl. que ex del.* sed  
& in casu l. 15. ff. *de A. H.*

Ad §. 12.

**21. Si rem suam legatam  
testator postea alienaverit  
vel oppignoraverit?**

Nihilominus heres eandē  
præstare tenetur, l. 18. ff. *de  
adim leg.* nisi ex titulo lucra-  
tivo, adeoq; spontaneo mo-  
tu & sine ullâ necessitate facta

sit alienatio d. l. 18. l. 24. ff.  
d. t. vel heres probaverit te-  
statorem adimendi animo  
rem eam alienasse vel oppi-  
gnorasse l. ii. §. 12. *de leg. 3.*

Ad §. 13.

**22. Quodnam est legatum  
liberationis?**

Quando creditor debito-  
ri suo jus ad rem aliquam,  
qvod is ex obligatione habu-  
it, remittit, h. e. liberationē  
à debito legat l. 20. ff. *de lib.  
leg.* tunc evidem non libe-  
ratur debitor ipso jure l. 44.  
*de O. & A.* sed Testatoris he-  
res, nisi fortè temporalis sit  
liberatio l. 7. §. ult. & l. 8. §. 1.  
d. t. ope exceptionis in per-  
petuum expellitur l. 3. d. t.  
imo ipse debitor, seu lega-  
tarious, herede non exigen-  
te, agere potest ad acceptila-  
tionem & liberationem d.  
l. 3. §. 3. b. t. qvia remissio ju-  
ris ad rem legata est l. 1. ff. b. t.

Ad §. 14.

**23. Potestne debitor credi-  
toris suo debitum legare?**

Legatum hoc, nisi pingui-  
us fit.

us sit ac ipsum debitum, adeoq; plus in legato qvam in debito, non valet; qvia legatum, ceu donatio, non habet locum, ubi nihil lucri ad legatarium venit arg. §. 1. b. plus autē est in legato, quando id qvod sub conditione, vel in diem, vel ex naturali, velexprætoriā duntaxat obligatione debetur, legatur purè ac simpliciter l. 12. de V. S. 1.78. & seq. de leg. 1. nec refert si vivente adhuc testatore dies aut conditio extiterit, siqvidem Imper: Justinianus, rejectā opinione Jeti Pauli l. 82. ff. de Leg. 2. sententiam Papiniani l. 5. ff. ad L. Falc. adprobavit, qvod ipse in b. §. 14. fatetur.

Ad §. 15.

#### 24. Valetne legatum dotis?

Omnino, tum qvia ex commodo repræsentationis plenius & utilius est præ vel relegatum, dotis qvam actio de dote §. 15. b. l. 77. §. 12. de leg. 2. qvoniā olim ex L. 12. tt. dos annua, bimā, trimā die, id est

263

tribus pensionibus annuis l. 3. ff. de ann. leg. l. 41. §. 1. ff. de man. test. & hodiē res immobiles qvidem statim, res mobiles autē post annū petitur l. un. §. 7. C. de rei ux. act. legatū vero dotis indistincte statim potest peti l. 1. §. 2. b. nec hoc sine ratione, tum qvia repetitioni dotis obstare possunt pacta d. l. 1. b. juncto t. t. de pact. dot. tum qvia impensæ dotem minuunt d. l. 1. §. b. t. de impens. in res dot. tum qvia dotis legatum valet, etiam si nihil sit illatum, modo certa pecunia, vel corpus certum, aut instrumenta dotis fuerint demonstrata l. 6. d. t. l. 25. ff. de lib. leg. qvia falsa causa legatum non vitiat §. 31. b. l. 75. §. 1. de leg. 1. l. 88. §. 10. ff. de leg. 2. Et si mulieri simpliciter à marito aliquid legatum fuerit, potest pariter legatum & dotem petere l. un. §. 3. C. de rei ux. act.

Ad §. 16.

#### 25. Quomodo extinguitur legatum si res pereat?

Si res sine facto, h. e. sine

Kk 2

culpa

culpā ac morā heredis perierit, legatario, qvia à morte testatoris factus est dominus, decedit l. 26. 47. §. 1. & seqq. de leg. i. tum qvia res suo perit domino l. 9. C. de pign. act. tum qvia interitu rei debitor, si nulla ejus mora sit, liberatur l. 23. de V. O. Sic etiam manumissus servus, qvia commercio eximitur, morti comparatur l. 92. ff. de sol. & heredem, si sine ejus facto contigerit, liberat, cum aliás ad aestimationem teneatur d. l. 92. d. l. 47. l. 112. §. 1. d. leg. i. l. 25. ff. ad SC. Treb. Et si quantitas vel genus legatum fuerit, legatum indistincte debetur, qvia genus perire nequit l. 11. C. si cert. pec. l. 30. §. 4. ff. ad L. Falc.

Ad §. 17.

26 Quid si ex rebus pluribus legatis quedam perierit?

Si omnes illae res sint aqvè principales, qvibusdam peremptis reliquæ omnino debentur, sic ancilla cum liberis legata, & ancilla sola, & liberi soli debentur l. 62. ff. de leg.

i. qvia liberi nati non accidunt ancillis l. 63. d. t. l. 2. ff. de pec. leg. Si vero qvædam illarum aliis accedant, tunc sublati principali tollitur etiam accessorium: ita servo cum peculio legato, extincto vel manumisso servo, nec peculium debetur, d. l. 2. de pec. leg. & fundo cum instrumento legato, fundo alienato, etiam instrumentum, nisi alia fuerit testatoris voluntas, extinguitur l. 1. l. 5. ff. de fund. instr:

27. Qua est differentia inter fundum instructum  
Et cum instrumento  
legatum?

Plenius est legatum instruti, qvam instrumenti l. 12. §. 27. ff. de Instr. vel instrum. Qvia instrumenta fundi denotant rerum apparatum sive, quo exerceri non potest possessio d. l. 12. pr: l. 8. ff. eod. fundus autem instructus suppellectilem etiam & pecora, pascendi causa parata, continet d. l. 12. §. 15. l. 2. C. de V. S.

Ad.

Ad §. 18.

28. Quid obinet grege legato?

Uti tria sunt corporum genera l. 30. ff. de Usuc. ita grex est corpus ex distantibus capitibus constans. scil. ad minimum decem ovis vel quatuor porcis l. ult. ff. de abig. §. 18. b. qvo legato si vel una ovis supersit, debetur legatario, tum qvia in unâ ove grex conservatur arg. l. 7. §. ult. ff. quod cuj. univ. l. i. §. 17. ff. de vi & vi arm. tum qvia quod ex re nostra super est, nostru est l. 49. §. 1. ff. de R. V. tum qvia grex ceu corpus universale, peculii instar, augmentum ac decrementum recipit, adeoq; ex unâ ove potest renasci grex arg. l. 76. ff. de Judic. l. 21. 22. de leg. 1. tum qvia unumq; vodq; facilius suæ naturæ redditur ac conservatur, qvam in aliam causam transfertur l. 27. §. fin. ff. de pact. l. 9. §. 1. ff. de duob. reis. tum qvia voluntas testatoris, uti in toto, ita & mini-

285  
mâ parte continetur l. 113. de R. F.

Ad §. 19.

29. Quid statuendum in adibus legatis?

Ædibus legatis etiam columnæ & marmora continentur, adeoq; omnia illa qvæ terræ cohærent vel aliâs firmiter affixa sunt, Germ: Erd und Nagel fâsi/legato cedunt. l. 22. in fin. ut enim grex est corpus ex multis capitibus, ita ædes ex multis partibus conjunctum. Imô si ædes corruant area debetur d. l. 22. in fin. d. t. l. 79. §. 2. ff. de leg. 3. junge l. 14. §. fin. de leg. 1.

Ad §. 20.

30. Quid si peculium sit legatum?

Qvoniam peculium, ceu res universitatis l. 16. ff. ad SC. Treb. crescit ac decrescit, atque adeo variè mutatur, l. 65. de leg. 2. interest (1) an mutatio hæc fiat vivo vel mortuo testatore. Si viro, commodum ac damnum le-

Kk 3.

gataria

gatarii est l. 8. §. 1. ff. de pec. leg. Si mortuo, vel ipsi servo est legatum, & omne acquisitum cedit legatario, legatiq; hujus dies cedit, h. e. incipit deberi l. 213. de V. S. ab aditâ hereditate: Si extra-neo, tunc qvod post mortem testatoris & ante aditam hereditatem, ex rebus peculia-ribus, legato accedit ad legata-rium duntaxat pertinet, ni-si aliud testator dixerit l. pen. ff. de pec. leg. qvia hujus legati dies cedit à morte testato-ris l. un. §. 1. C. de cad. toll. junctâ l. i. & t. t. ff. quand. dies leg. servo a. legato peculium non est legatarii l. 24. ff. de pec. leg. uti nec ad servum manumissum in testamento, aliter ac ad manumissum in-ter vivos, pertinet, qvod pro-batur ex Constat: Dioclet. & Maxim. in l. un C. de pec. ej. qui libert. mer. cum rescriptum Severi & Antonini non extet.

Ad §. 21.

31. Quid si jura aut facta sint legata?

Si jura h. e. obligationes nomina, & actiones testator

tertio cuidam legaverit, he-  
res duntaxat, etiam si debi-  
tor non sit solvendo, actio-  
nes cedere debet l. 44. §. 5.  
6. l. 105. ff. de leg. i. si autem lit-  
giosa nomina fuerint nihil ni-  
si qvod heres obtinuit debet,  
qvia litis eventus ei relictus  
videtur l. 3. junctâ Anth. seq.  
C. de litig. & potest ipse lega-  
tarius ante cessionem, seu an-  
tequam Procurator in rē suā  
factus sit, utili actione experi-  
ri l. 18. C. b. t. si vero ipse testa-  
tor exegerit debitum, lega-  
tum, qvia non amplius est de-  
bitum, expirat, l. 75. §. 1. ff. de  
leg. i. l. 21. ff. de lib. leg. obla-  
tum tamen & depositum à  
debitore debitum legatarius  
jure petit l. ii. §. 13. ff. de leg. 3.  
Factum etiam heres præstare  
debet, nisi sit contra bonos  
mores, sit & possibile l. 112: §.  
pen. ff. de leg. i. l. 114. §. 8. eod.  
l. 41. §. 8. de leg. 3.

Ad §. 22. 23.

32. Potestne legatarius ex pluribus rebus legatis opti-  
mam eligere?

Electio seu optio, vel est  
ex lege

ex lege, vel ex provisione hominis, adeoq; vel tacita, vel expressa ; Illa, qvæ legatum generis dicitur, locum habet qvando genus, qvod logici speciem vocant, est legatum, tunc qvidem, si corpus legatum fuerit, electio est legatarii, l. 108. de leg. i. l. 43. de leg. 2. ita tamen ut nec possit optimum nec teneatur pessimum eligere l. 37. ff. de leg. i. Hec, qvæ legatum optionis vocatur t. t. ff. de opt. leg. & olim actus legitimus erat & conditionem in se habebat, optimum tribuit l. 4. l. 14. de opt. leg. ast hodie &q; ac elec<sup>tio</sup> ad heredes transit l. ult.

*Comm. de leg.*

Ad S. 24.

### 33. Quibus potest aliquid legari?

Cum qvibus est testamenti factio, seu qui ex testamento aliquid capere possunt, junge §. 4. de her. qual. & diff. ita deportato nihil potest legari, licet possit mortis causa capere l. 36. ff. de mort. caus.

donat. Et qvamvis nec civitatibus, viciis aut collegiis olim legari qvid poterat, tamen postea id mutatum Ulp. tit. de leg. §. 26. l. 32. l. 73. §. ult. l. 117. 122. ff. de leg. i.

Ad S. 25.

### 34. An incertæ persona posse legari?

Personæ plane incertæ, qvam incertâ opinione animo suo testator subjicit, & qvæ certo judicio demonstrari neqvit, arg. l. 18. ff. de B. P. cont. tab. nec olim nec hodiè recte legari potest l. 9. §. 9. ff. de her. insl. l. 70. de V. S. qvia certum debet esse testatoris consilium Ulp. tit. 24. nisi ex certis personis, sit persona incerta l. 5. l. 14. ff. de reb. dub. Græca a. Justiniani constitutio, circa personas incertas lata, cuius mention fit in §. 27. b. t. & qvæ correctoria fuit juris antiqui, perit, ejus tamen fragmenta collecta sunt in lib. 6. C. tit. 48. Qvamvis a. ex subtilitate juris veteris incertæ personæ nihil

nihil potuerit legari, tamen naturalis ratio soluti repetitionem, seu condictionem indebiti, excludit, *arg. l. 10. ff. de O. & A.*

Ad §. 26. 27. 28.

*35. Quid si posthumo sit legatum?*

Qvoniam nasciturus ideo inter personas incertas referatur, qvia incertum est unus pluresve nascantur an nullus, postumus alienus, qui natus iura sui heredis non consequitur, cū de suo ex singulari favore aliud statuendū, olim non poterat heres de jure civili institui, nec ei qvicqvam legari §. 26. b. t. Sed prætor dabat instituto bon. poss. sec. tab. l. 3. ff. de bon. poss. sec. tab. cuius intuitu dicitur in §. 28. b. qvod & ante scl. jure prætorio, & nunc scl. ex constit: Justiniani, modo ex eventu certa fiat, institui possit: nisi velimus textum corrigere & particulæ adversativæ autem negativam adjicere, ut intellegatur de posthumo suo *arg.*

*l. Gallus ff. de lib. & postb.* Sed illi correctioni constans omnium codicum lectio repugnat. Limitatur tamen sententia superior si posthumus natus sit ex illâ personâ cujus nuptiæ omnino sunt LL. prohibitæ, uti nasciturus ex virgine vestali, qvod is non possit heres institui, nam de prohibitâ sanguinis coniunctione textus hic accipi nequit.

Ad §. 29.

*36. Quid si in nomine legaturi sit erratum?*

Qvoniam vocis ministerio utimur, & nominal hominum significandorum gratia reperta sunt, ut demonstrent voluntatem dicentis l. 7. §. 2. ff. de sup. leg. error nominis, si de personâ constiterit, legatum non vitiat, *arg. l. 4. C. de Testam.* qvia major debet esse ratio voluntatis quam verborum l. 21. *C. de leg. l. 2. C. comm. de leg.* dummodò designatio vice nominis fungi possit l. 62. §. 1. ff. de ber. *istis.*

Ad §. 30.

**36. Quid si falsa demonstratio legato sit adjecta?**

Falsa demonstratio, i. e. si falso argumento rem designat, sive ea sit in personā legatarii, sive in re legata, quia hæc inter nulla haec tenus subest diversitatis ratio, legatum non vitiat l. 33. 34. ff. de cond. & demonst.

Ad §. 31.

**37. Quid si causa falsa sit?**

Si causa impulsiva, legato adjecta, sit falsa, non nocet, l. 17. §. 2. d. t. nisi heres probare velit, testatorem, si falsam causam scivisset, non legasse. l. 72. §. 6. d. t. vel causa illa sub conditione præstandi sit adjecta d. l. 17. §. pen. d. t. §. pen. ff. de V. O.

**38. Quanam est differentia inter conditionem & modum?**

Conditio est causa qvæ suspendit legatum, modus autem est adjectio causæ finalis qvæ ostendit, quid legatarium ex legato facere velit te-

stator, & legatum non suspendit l. 17. §. fin. l. 80. b. t. hinc conditionis particula est Si, modi autem ut, & ita in illo effectu, qt. implementum reqvirunt, convenient d. l. 80. in qvâ negativa lectio omnino suspecta est, l. 19. ff. de leg. 3. l. 1. C. de his quæ sub mod. interim qvâ formam rectè opponuntur Rubr: b. & Rubr: C. de donat. quæ sub. l. 44. ff. de O. & A.

Ad §. 32.

**39. An servo heredis rectè legetur?**

Servo heredis, si pure, inutiliter legatur, quia, quod illi, domino legatur l. 31. ff. de hered. inst. nemo autem simul heres & legatarius, seu sibi ipsi obligatus esse potest l. 12. 18. 116. ff. de leg. 1. nec vallet si postea, vivo adhuc testatore, potestate heredis exierit, propter regulam Catonianam l. 1. de reg. Caton. Qvæ tamen ad legata conditionata non pertinet l. 3. 4. d. t. itaq; sub conditione servo heredis rectè legatur §. 32. b.

L1

40. Quid

Ad §. 33.

**40. Quid si a domino heredis legetur?**

Legatum, si in eadem causa permaneat heres, & jussu domini hereditatem adierit, evanescit: interim tamen vallet, quia dominus potest non velle ut servus hereditatem adeat, vel etiam servus potest manumitti, vel alius heres, si in alterius potestate translatus sit, per eum fieri, & sic legatum sustinetur. l. 25. l. 68.  
§. 1. de leg. 1.

Ad §. 34.

**41. Potestne legatum scribi ante heredis institutio-**  
**nem?**

Olim ante heredis institutionem inutiliter legabatur, quia totius testamenti vis ex institutione heredis dependebat l. 10. de Jur. Codic. adeoque legata præpostere reliqua videbantur Ulp. in fr. tit. 25. §. 14. Sed ex constitutione Justiniani, quod & veteribus Iuris civile & æquum videbatur, potior ratio esse debet

voluntatis testatoris, quam ordinis scripturæ l. 24. 25. C. de Testam. junctâ l. 77. §. 12. ff. de leg. 2.

Ad §. 35.

**42. An post mortem heredis aut legatarii rectè legetur?**

Olim non licet Ulp. tit. 25. §. 15. tum propter incertitudinem futuri heredis aut legatarii, l. 70. de V. S. §. 25. b. 1. tum quia non erat adversus quem actio posset institui; sed quia in fideicommisso id ante receptum erat Ulp. d.l. §. 15. l. 114. §. 3. de leg. 1. & postea legata fideicommissis sunt exæquata, hodiè isthac modo legata & stipulationes valent l. un. C. ut act. ab her. Hoc tamen legatum, cum heres morietur, aut legatarius, etiæ olim valebat l. 4. §. 1. ff. quand. dies leg. junge §. 13. Inst. de inut. stip.

Ad §. 36.

**43. Valetne legatum pœna nomine relictum?**

Jure veteri, quo legatum in benevolentia erga legatarium

rimum

rium erat positum l. 32. ff.  
mand. l. 5. §. 6. ff. de leg. præ-  
fland. talis coercitio in futu-  
rum collata non valebat Ulp.  
tit. 24. §. 17. l. 12. ff. de condit.  
Et dem. Jure autem novo,  
dummodo poena ascripta nō  
fit facti impossibilis, probro-  
fi, aut lege interdicta, hæc e-  
nim pro nō scripta habentur,  
legatum valet l. un. C. de his  
qua pæn. qvia licitum est te-  
statori, eum quem honora-  
vit, honestè onerare.

271  
44. Quotuplex est pœna?  
Triplex i. noxiæ vel crimi-  
nis vindicta, seu delicti æsti-  
matio l. 131. §. 1. de V. S. 2.  
Dispositiva, qvæ coercionis  
causa legatario vel heredi as-  
scribitur, & conditionis instar  
in futurum confertur d. l. 12.  
Et d. l. un. C. pœnam enim à  
conditione voluntas testato-  
ris separat l. 2. ff. b. t. 3. Con-  
ventionalis, qvæ est conditio  
stipulationis, §. 19. J. de inut.  
slip.

AD TIT: XXI.

## DE ADEMPTIONE LEGA- TORUM.

45. Quomodo coherent  
§§ hujus tituli?

Legatum rite relictum re-  
vocatur vel in solidum, qva-  
tenus ad hereditatem iterū  
refertur, & dicitur ADEMPTIO  
pr: b. vel secundum quid,  
qvatenuis de personā in per-  
sonam transscribitur, & dici-  
tur TRANSLATIO. §. 1. b.

Ad pr:

46. Quid est Ademptio le-  
gatorum?

Est actus ultimæ voluntati,  
qvo in eodem, vel alio te-  
stamento, vel etiam codicil-  
lis, qvibuscumq; verbis, mu-  
tatam testatoris voluntatem  
declarantibus, antea legatū  
iterū revocatur pr: b. idq; i-  
deo

L 2

deo, qvia ambulatoria est hominis voluntas ad extremū vitæ exitum l. 4. ff. b. t. l. i. C. de SS. Eccles. & nemo illam legem sibi dicere potest, ut reliquendo aliquid à priori voluntate recedere non licet at l. 22. de leg. 3.

Ad §. i.

## AD TIT. XXII. DE LEGE FALCIDIA.

Ad Rubr:

### 48 Quid est Lex Falcidia?

Est plebiscitum latum à P. Falcidio Trib. plebis tempore Augusti, qvā heredibus, eorumq; successoribus, licitum est ab hereditate legatis vel fideicommissis ultra dotrante onerata vel plane exhausta, per retentionem vel actionem, quartam detrahere partem pr: Inst. l. 1. 77. ff. b. t. l. 10. C. eod. c. 6. dist. 2.

### 49 Quomodo coherent §§?

De L. Falcidiæ causis extensis agitur pr: de personis qui-

### 47. Quid est translatio legati?

Actus quo testatoria quod alicui reliquit, ipsi adimendo, in alium transfert §. i. b. l. 6. ff. eod. translatio autem itidem ex voluntate testatoris censenda est l. 2. ff. de his que pœn. nom. diciturq; tacita ademtio l. 5. ff. b. t.

bus competit §. i. de modo detrahendi, respectu quantitatis, seu objecti §. 2. respectu qualitatis, seu formæ §. 3.

Ad Pr:

### 50. Cur introducta est L. Falcidia?

Tum qvia de jure 12. tab. testandi ac legandi potestas nimium libera erat l. 120. de V. S. adeoq; sape intestati moriebantur testatores, cum heres, propter minimum lucrum, hereditatem adire recusaret, pr: h. tum qvia nec. Furia Caninia, qvā ultra milie asses, seu aureos, singulis legata.

legatariis; nec L. Voconiaq; vā plus quam heredi relictum nemo legare poterat, sufficiabant Theoph. b. adeoq; & testatorum, ne intestati moriantur, & heredum gratia, ne adeundo hereditatē damnū sentiant, L. Falcidia introducta est, & testamentorum conservationi maximē consulit, l. 71. ff. b. t.

### 51 Quid est Quarta Falcidia?

Est quarta pars hereditatis, qvæ legatis ideo detrahitur, ne heres planè repudiet hereditatem, vel eam adeundo damnum incurrat pr: Inst. l. 1. ff. b. t. hinc etiam in successionibus ab intestato l. 18. ff. & in mortis causa donationibus obtinet l. 5. l. pen. C. b. t. l. fin. C. de mort. caus. don. secus ac in mortis causa capi- onib⁹ l. 1. §. 8. l. 93. ff. b. t. junctā l. 54. de cond. & dem. l. 31. 36. 38. ff. de mort. caus. don. uti nec legatariis, qvia in illis ratio conservandi testamenti cessat, competit l. 47. §. b. t. licet fideicommissario, si gravatus

sit, id possit imputare l. 32. §. pen: ff. b. t. l. 5. ff. si cui plus.

### 52 Quibus remedii detrahitur quarta Falcidia?

Sive unus, sive plures sint heredes, vel habent jus retentionis l. 26. ff. b. t. l. 28. C. de R. V. vel condictionem in debiti, seu actionem ex L. Fal- cidiā l. 1. §. 11. ff. b. t. l. 14. §. l. l. 15. §. 1. l. 93. vel vindicatio- nem d. l. 26. ff. b. vel etiam actionem in factum l. 77. §. 2. de leg. 2.

### 53 Quando cessat detra- hio quarta?

1. Si testator eam prohibu- erit Nov. 1. c. 2. Autb. sed cum C. b. t. qvod & tacitè fieri pos- se DD. concludunt ex Nov. 11. c. 11. Autb: sed & C. b. t.
2. In dote prælegata l. 57. b.
3. In testamento militis l. 7. C. b.
4. Si heres non fecerit, inventarium d. Nov. 1. c. 2. l. fin. C. de Jur. de lib.
5. Si per ignorantiam juris integra le- gata præstiterit l. 9. C. b. t.
6. si qvibusdam integra legata solvendo judicium defuncti agnoverit Nov. 1. c. 2. 3.
7. Si

voluntatem testatoris adim-  
plere neglexerit Nov. 131. §.  
12. In relictis ad pias cau-  
sas Autb. similiter C.b.t. idem  
statuit, qvoniā autem ejus  
auctoritas valde suspecta est,  
haec tenus decisio ex l. 1. §. 5.  
b.t. petenda erit, nisi forte  
heres moram commiserit  
Nov. 131. c. 12. Ad §. 1.

**54. in Quibus heredibus  
locum habet quarta Fal-  
cidia?**

Si hereditas, pluribus reli-  
cta, fuerit onerata vel exhaus-  
ta legatis, in singulis heredi-  
bus, qvorum pars prægrava-  
ta est, ratio legis Falcidiæ po-  
nenda est l. 78. ff. b.t. qvia lex  
heredū causa lata est, & pro-  
inde cuicunq; heredi com-  
petit l. 71. d.t. Ad §. 2.

**55. Quando quantitas pa-  
trimonii computanda?**

Qvantitas patrimonii, ad  
qvam ratio L. Falcidiæ poni-  
tur, tempore mortis testato-  
ris spectanda est, ab illo enim  
tempore hereditas esse in-  
telligitur, & legata debentur.  
Sive itaq; aucta illa, sive im-  
minuta postea fuerit, heredis

periculo aut commodo erit  
l. 30. l. 73. ff. b.t. Si tamen spe-  
cies legata fuerit, debtor in-  
teritu ejus liberatur l. 36. §.  
fin. de leg. l. 1. 26. §. 1. ff. eod. pre-  
cia autem rerum ineuntur,  
qvatenus res communiter-  
stimator l. 62. 63. b.t.

**56. Quid imputatur in  
Falcidiæ?**

Omnia illa qvæ heres jure  
hereditario capit, non autē,  
qvæ legati vel fideicommissi  
jure, aut conditionis-implen-  
dæ causa habet l. 74. 76. 91. ff.  
b.t. nisi contraria sit testato-  
ris voluntas l. 22. b.t.

**57. Quid de fructibus  
hereditarii statuendum?**

Qvoniā ad tempus mor-  
tis ratio L. Falcidiæ redigitur,  
heres perceptos interim fru-  
ctus non computat, nisi vel a-  
liud testator voluerit, vel sati-  
fuerint tempore mortis, vel  
etiam maturi, qvia tunc pars  
rei habentur l. 9. 30. 73. ff. b.t.  
**44. de R. V.** qvantitatem au-  
tem patrimonii ipse heres  
determinare ac probare de-  
bet l. 17. ff. de probat.

Ad

**57 Quomodo computatur  
quarta Falcidie?**

Ita ratio L. Falcidiæ ponenda, ut primo deducatur æs alienum, & quæ illi annume-

rantur, ut funeris impensa, legata enim de bonis defuncti præstantur l. fin. §. 9. C. de Jur. delib. bona autem non intelliguntur, nisi beent, h. e. quæ deducto ære alieno super sunt l. 39. §. 1. ff. de V. S.

## AD TIT: XXIII.

*De*

**FIDEICOMMISSARIIS HEREDITA-  
TIBUS, & ad SC. TREBELLIANUM,**

## Ad Rubricam &amp; Princ.

**58 Quomodo coherent §§.  
in hoc titulo?**

A modo testandi directo Imperator progreditur ad relictionem obliquam, adeoq; ab institutionibus & legatis ad fideicommissa, & ita à quarta Falcidie, ad quartam Trebellianicam pr: Fideicommissum autē consideratur vel in *causis*, externis §. 1. internis, seu materiâ & formâ, §. 2. vel effectibus, qui proponuntur in genere §. 3. in specie, quâ SC. Trebellianum §. 4. & SC. Pega-

fianum §. 5. quæ conferuntur §. 6. transfunduntur §. 7. & observantur etiamsi vel ex parte quis sit heres institutus §. 8. nisi certa res loco quartæ fuerit prælegata §. 9. Nec tantum in testamento, sed & ab intestato fideicommissum relinqui §. 10. & fideicommissarius iterū onerari potest §. 11. modo fideicommissum rite probetur §. ult.

**59 Quid est fideicommis-  
saria hereditas?**

Est fideicommissum uni- versitatis, l. ult. C. de fideic. l. 13. C. de

13. C. de SS. Ecol. qvo testamentarius vel legitimus heres, qui fiduciarius appellatur l. 46. b. t. ita oneratus est, ut cogatur aditam hereditatem alii, qui fideicommissarius dicitur, pure vel sub conditione restituere §. 2. 7. b. t.

60. *Quid est quarta Trebellianica?*

Est quarta pars hereditatis, quam heres, fideicommissio universali gravatus, ex SC. Pegasiano §. 5. b. t. quod postea in Trebellianū transfusum est §. 7. b. t. ex hereditate detrahit. Ita tamen ut legata & fideicomissa, & quæ conditionis implendæ causa relicta sunt, & fructus medio tempore percepti, nisi liberi sint l. 6. C. b. t. in eam imputentur l. 91. ff. ad L. Faicid. l. 18. §. 1. l. 22. §. 2. ff. b. t.

Ad §. 1.

61. *Quanam est causa efficiens fideicommissi?*

Augustus Cæsar, qui, cum

antea legata precibus saltē & rogatu, sine vinculo juris, obtinerent, gratiā qvarundam personarum motus, fideicomissa ipsa præstítit ac confirmavit, adeoq; in assiduam id postea conversum est Jurisdictionem, ut ab Imperatore Claudio tandem duo Prætores fideicommissarii crearentur, qui sine speciali mandato jure magistratus, quamvis extraordinem l. 118. §. 2. de V. S. de fideicommissis jus dicerent l. 2. §. 32. ff. de O. J. l. 78. §. 6. ff. de leg. 3. l. 92. de cond. *Eadem.*

Ad §. 2.

62. *Quanam est materia & forma fideicommissi?*

Uti objectū fideicommissi universitatis est tota hereditas vel pars ejus §. u. b. ita forma essentialis in eo constituit, ut, nisi legitimus sit heres, aliquis directo, h. c. verbis civilibus, instituatur, ejusq; fidei, ut hereditatem illam, vel partem ejus, alii restituat committatur l. 14. C. de fideicom. Potest autem fideicom-

fideicommissum, quā formā  
accidentalem, relinqvi pure,  
ex die, ad diē, vel sub conditi-  
one, qvia ratio l.7. ff. de R. J. in  
illo ideo cessat, qvod heres  
fiduciari semper talis man-  
at & dicatur l.88. ff. de her. in-  
sist. adeoq; in fideicommisso  
hereditas adita duntaxat ab  
uno herede in alium devol-  
vitur, qvod fieri non potest  
nisi mediante restitutione,  
postquam ipse heres eam a-  
deptus est, l.5. C. de impub. &  
al. subl. Ad §. 3.

**63. Quid operatur prasta-  
tio fideicommissi?**

Ipse heres quidem, etiam  
post restitutionem, talis ma-  
net l.88 de her. Inst. adeoq;  
summo jure commoda & in-  
commoda hereditatis reti-  
net arg. l.79. b. t. l.7. §. 10. de  
minor. l.2. C. de her. vel act.  
vend. qvoniam autem absurdum  
est, illum, pro nullo vel  
admodum exiguo lucro,  
tam gravi oneri involvere  
arg. l.10. C. de R. J. oppositā  
exceptione, tum ex interpre-  
tatione prudentum, qvā olim

interponebantur stipulatio-  
nes Ulp. in fr: tit. 25. §. 23.  
tum per placita S. Ctorū §. 45.  
b. se defendere potest l.1. §. 4.  
b. Is autem cui restituitur he-  
reditas, statim, et si nondum  
nactus fuerit possessionem,  
dominiū acqvirit l.63. b. t. &  
modo heredis loco est, qvan-  
do scl. tota hereditas l. 128.  
de R. J. modo legatarii, qvan-  
do pars ejus ex fideicommis-  
so ad eum devoluta est §. 5.  
b. t.

Ad §. 4.

**64. Quid est S. C. Trebel-  
lianum?**

Qvod tempore Augusti,  
Annæo Senecæ & Trebellio  
Maximo Coss. factum est,  
quo cantum, ut restitutâ he-  
reditate actiones omnes, qvæ  
heredi & in heredem dari so-  
lent, his & in eos, qvibus fi-  
deicommissum restitutum,  
darentur d.l.1. §. 2. b. Adeoq;  
post illud S. C. tum utiles actio-  
nes, cum directæ heredis per-  
sonam respiciant, Prætor fi-  
deicommissario & contra e-  
um dat §. 4. b. t. qvia cum re-  
stitutione

Mm

stitutione

stitutione hereditatis etiam  
actiones in fideicommissariū  
transferuntur l. 1. §. 8. b.

Ad §. 5.

**65. Quid est SC. Pegasia-  
num?**

Qvod tempore Vespasiani  
Pegaso & Pusione Coss. latū  
est, quo heres restituens, ad  
exemplum L. Falcidiæ, qvar-  
tam hereditatis partem reti-  
nere potest: Unde etiā hæc  
qvarta passim qvarta Falcidiæ  
vocatur §. 5. b. l. 41. §. 3. ff. de  
wulg. Et pup. l. 2. §. ult. ff. de  
Jure Codic. l. 27. §. 10. l. 28. §.  
fin. l. 29. 30. l. 58. §. 3. ff. b. i.  
Retentâ autem qvartâ heres  
onera hereditaria in solidum  
sustinet, & fideicommissa-  
rius legatarii loco habetur  
d. S. 5. b.

Ad §. 6.

**66. Quomodo conferuntur  
hac SCta?**

Cum horum Sconsultorū  
diversus esset effectus, eve-  
niebat in faciendâ restitutio-  
ne, ut, si fideicommissum nō  
excederet dodrantem, resti-  
tutio fieret ex SC. Trebellia-

no, divisis pro rata parte acti-  
onibus: Sin autem dodran-  
tem excederet, ex SC. Pega-  
siano, qvod in eum casum  
præprimis constitutum est,  
retentâ qvartâ, onera solis  
heres sustineret, hinc inter  
heredem & eum qui ex fidei-  
commissio recepit heredita-  
tem, ratione lucri ac damni,  
interponebantur stipulatio-  
nes, de quibus §. 6. Et 7. Eodē  
SC. Pegas: præter detractio-  
nem qvartæ, etiam hoc re-  
ceptum erat, ut heres scrip-  
tus cogeretur, desiderante  
fideicommissario, heredita-  
tem fideicommissariam adi-  
re, & translatis in eum actio-  
nibus, restituere, non secus  
ac si ex SC. Trebelliano resti-  
tutio facta esset. Utriusq; i-  
gitur SC. vis hoc casu concur-  
rebat, ut ex Pegas: retentio  
qvartæ & coactio heredis: ex  
Trebelli: autem heredis securi-  
tas, adeoq; translatio actio-  
num, seqveretur. Ad §. 7.  
**67. Quomodo hac omnia  
novo jure ad SC. Trebelli:  
sunt transpositæ**

Sublato

**Sublato & explosō SC. Pegasiano, ceu posteriori, omnis auctoritas SC. Trebelliano est attributa, ut, si heres quartā retineat, vel per ignorantiam facti, aut cum protestatione solutam l. 9. C. ad L. Falc. repetat, etiam actiones pro rata dividantur; sin autem totam hereditatem suapse sponte, vel coacte, restituat, lucri pariter ac damni sit expers, ut ita nec stipulationibus, quæ saepius captiosæ videbantur, opus sit §. 7. b.**

Ad §. 8. & 9.

**68. Quomodo hoc novum Ius applicatur ad heredē fideicommissarium?**

Ille non tantum totam hereditatem, sed & partem ejus, vel partis partem, prout rogatus fuerit, habitâ ratione SC. Trebell: restituere debet: Si tamen aliqua re, vel pluribus deductis vel præceptis, vel certâ summâ deductâ, licet in iis maxima pars hereditatis contineatur, rogatus sit hereditatem restituere, res ista sine onere

apud ipsum, quasi ex legato, remanet, & ita unâ cum hereditate in solidum transfruntur actiones, l. 68. pr: b. l. ult. C. de hered. act. l. 32. mandat. Multum autem interest utrum illa pars jure hereditario retineatur, an in re vel pecunia, quia priori casu actiones scinduntur l. 30. §. 3. b: t. Ad §. 10.

**69. Obtinetne fideicommissum etiā in successione legitimā vel honorariā?**

Quoniam legitimi & honorarii successores, & q; ac testamentarii, honorati videntur à defuncto, fideicommisso etiam onerari possunt l. 1. §. 5. 7. l. 6. ff. b. t. §. 2. de Codic. cum & legata, quia fideicommissis sunt exæqvata, l. 2. C. comm. de leg. secus ac olim §. 10. b. ab intestato valeant.

Ad §. 11.

**70. Potestne fideicommissarius iterum onerari?**

Omnino, eoq; casu actiones ex SC. in secundum vel tertium fideicommissarium transferuntur l. 1. §. 8. b. t.

Mm 2      ulterior

ulterior tamen detractio probatur: quare quam una non permittitur, quia fideicommissarius intermedium q. ministeriali loco saltem est l. 22. §. ult. l. 55. §. 2. l. 78. §. II. b. t. illoq; permissio totum fideicommissum facile consumeretur. Filius tamen fideicommissario gravatus, non tantum Trebellianicam, sed & legitimam, adeoq; duas quartas, non quidem jure civili, l. 6. II. C. b. l. 30. C. de in off. test. sed Jure Canonico detrahere potest c. Raynulius & c. Raynaldus X. de Testam. quod usu fori approbatur.

Ad §. II.

### 71. Quomodo probatur fideicommissum?

Fideicommissum, quod etiam nutu relinqui potest l. 22. C. b. t. l. 52. in fin: ff. de O. & A. l. fin. de leg. 2. ordinario vel extraordinario modo

probatur: Illo reqviruntur quinq; testes, l. ult. C. b.. l. ult. C. de Codic. qui numerus in fideicommissis legitimus esse cognoscitur §. ult. b. t. Hic conscientiam heredis obligat, quatenus testator praesentis heredis fidem elegit, eiq; duntaxat commisit, ut hereditatem vel speciale fideicommissum restituat: Quo casu, si neq; ex scripturâ, neque ex quinq; testium numero, possit res manifestari, heres, vel qui alias oneratus est, jusjurandum, si deferens prius de calumnia juraverit, subire debet, quod nihil tale à testatore audiverit: nec juramentum illud, quia uteq; non eandem habet scientiam, referre potest l. II. 12. 13. ff. de act. rer. am. idq; speciali constitutione ita prouisum est, per l. fin. C. b. t. §. ult. b.

AD TIT: XXIV.

## DE SINGULIS REBUS PER FIDEI COMMISSUM RELICTIS.

Ad

Ad Rubr:

72. Quomodo coharent

§§. in hec tit?

Fideicommissum particula-  
re consideratur vel respe-  
ctu sui in pr: vel respectu ob-  
jecti §. 1. 2. vel modi §. ult. b.

Ad Princ:

73. Quomodo valet fidei-  
commisum singularum

verun. ¶

Quamvis à legatario olim  
legari nō potuerit Ulp. tit. 24.  
§. 19. Caj. L. 2. Inst. tit. 7. §. 5. atta-  
mē per fideicommissum re-  
linqui potuit l. 1. §. 6. l. 5. §. 1.  
de leg. 3. quia id rectā non  
transit in legatarium Paul. l.  
4. sent. 1. §. beres. Cum autem  
isthæc hodie sint exæqvata  
l. 2. C. comm. de leg. etiam de-  
tractio quartæ Falcidiae obti-  
net §. 5. tit. præced. l. 1. pr: ff.  
ad SC. Trebell. l. 2. 3. C. ad L.  
Falc. Ad §. 1.

74. Quanam res per fidei-  
commisum relinqui pos-  
sunt?

Qvem admodum res alie-

næ pariter ac propria possunt  
legari, ita & per fideicom-  
missum relinqui §. 1. b. jun-  
cto §. 4. de leg. dummodo ne-  
mo plus oneretur quam est  
honoratus l. 1. §. 17. b. l. 6. de  
leg. 3.

Ad §. 2.

75. Quomodo libertas per  
fideicommissum relinqui-  
tur?

Qvod de re corporali di-  
ctum, idem obtinet in re in  
corporali, seu in libertate, te-  
netur enim is cui libertatis  
concessio injuncta est, servū  
proprium manumittere, vel  
alienum ad manumittendū  
redimere l. 36. pr: ad L. Falc.  
Si autem Dominus servum i-  
stum vendere nolit, expe-  
ctandum erit tempus, quo  
commodè redimi possit l. 6.  
C. de fideic. libert. Qui proindè  
per fideicommissum liber es-  
se jubetur, sit libertus manu-  
mittentis, l. 7. C. d. t. Qui  
autem testamento directo  
manumissus est, sit libertus  
testatoris, & dicitur Orcinus,  
seu ejus qui ad orcum dimis-  
sus.

Mm 3

sus est §. 2. b. §. 1. de eo cui lib.  
c. bon. add.

Ad §. 3.

76 *Quis est formalis fidei-  
committendi modus?*

Uit fideicommissum ver-  
bis precariis seu precativis,  
quæ in textu recensentur, non

autem directis, legitimis, aut  
imperativis, seu vi & auctor-  
itate propriâ subsistentibus,  
fiat. Hodie tamen veterū su-  
perstitione verborum solen-  
nitas non amplius obtinet l.  
21. C. de leg. l. 2. C. com. de leg.  
juncto arg. l. 15. C. de Testam.

## AD TIT: XXV.

*De*

## CODICILLIS.

Ad Rubr.

77. *Quomodo definitur  
codicillus, seu tertium te-  
stamentorum accesso-  
rium?*

Codicilli l. 148. ff. de V. S.  
qui etiam singulari numero  
proferuntur l. pen. ff. l. 3. C.  
b. 1. l. 14. 28. C. de Testam. sunt  
ultima voluntas minus so-  
lennis, quæ quis, sine directâ  
heredis institutione, rite di-  
sponit quod post mortem su-  
am fieri vult. l. 10. ff. b. t.

78. *Quomodo coherent  
§§ in hoc titulo?*

Codicillorum exponun-  
tur cause externe, scil: effici-  
ens remota & finalis pr: effi-  
ciens proxima §. 1. vel interna  
materia §. 2. forma §. 3.

Ad Pr:

79. *Quanam est origo C  
causa efficiens Codicil-  
lorum?*

Ferè eadem quæ fuit fi-  
deicommissorum, cum enim  
propter longas peregrinatio-  
nes, quibus difficile erat se-  
ptem

ptem invenire testes, utilis pariter & necessarius, nec à ratione juris absonans esset codicillorum usus, ex sententiâ Trebatii tempore Augusti jure optimo invaluit pr: b.

Ad §. 1.

**80. Quis potest codicillos facere?**

Omnis is qvî testari potest l. 6. §. 3. l. 8. ff. b. t. nec tantū testamento, sed & ab intestato codicilli rectè relinquntur l. 3. l. 8. b. t. Ut enim moriturus ab intestato heredem legitimum honorare videatur, ita eundem qvoqve gravare potest d. l. 3. & l. 8. l. 16. b. t.

**81. Quot modis fiunt codicilli?**

Qyando aliquis fecit testamentū, tunc codicilli aut præcedunt testamentū, aut illud comitantur, aut seqvuntur: Illo casu enim sustinentur qvamvis in subseqventi testamento non confirmantur, dummodo non sint revocati l. 6. ff. b. t. Isto fiunt per clau-

sulam codicillarem. Si testamentum, propter defectum solennitatis, non valeat ut testamentum, valeat tamen ut Codicilli l. 3. ff. de Test. mil. l. 19. ff. qui test. fac. Hoc modo autē valent tanqvā particula & accessio testamenti, qvo cavit testator ut codicilli, si fortè qvos fecerit, ex testamento valeant l. 3. §. 2. ff. de Jur. Codic. Ab intestato si fiant reqviruntur qvinquem testes l. fin. §. fin. C. b. t.

Ad §. 2.

**82. Circa qua versantur codicilli?**

Qvōd illis hereditas directa nec possit dari nec adimi, nec conditio heredi scripto adjici, aut ei substitui §. 2. b. l. 27. ff. de cond. inslit. l. 2. C. b. t. tum ne confundatur jus testamentorum cum jure codicillorum l. 1. ff. de ber. insl. tum ne testamentorum ratio, qvæ in heredis institutione consistit, plane subvertatur l. 10. ff. b. t. Secus est in fideicommissaria hereditate,

te, qvia hæc non est directa  
ac principalis sed accessoria  
l.2. l.7. C. b. t. junge §. 1. de  
fideic. hered. & testamento  
militis l.19. l.36. ff. de test. mil.

Ad §. 3.

**83. Quanam est forma  
codicillorum?**

Non reqvirunt accuratam  
ordinationis solennitatem,  
sed aliqualē duntaxat, dum  
modo vel testamento, quo  
cum stant & cadunt l.3. §. ult.  
l.14. l.16. b. t. vel quinq; testi  
um, etiam non rogatorum,  
numerō, probentur l.6. §. 2.  
ff. l. ult. §. ult. C. b. t. ita ut nec  
mulier in illis testis esse pro  
hibeatur arg. pr: Inst. & d.l.  
ult. C. b. t.

**84. Quis est effectus pri  
mus codicillorum?**

Qvod scripta in codicillis  
proinde habeantur ac si te  
stamento scripta essent, a  
deoq; præstandi necessitatē  
heredi injungunt arg. §. 5.  
Inst. de obl. que qu. ex. juncta  
l.70. de leg. 2. l.2. §. 2. b. t. hinc  
qui ab intestato facta sunt, ne  
quidem rumpuntur agnatio  
ne sui heredis l. n. l. pen. ff. b.

t. qui autem ex testamento  
dependent, exinde etiam re  
gulariter, nisi sustineantur  
in vim clausulæ codicillaris,  
confirmantur vel infirman  
tur l.12. §. 5. ff. de capt. & post  
lim. rev. l.1. C. b. t.

**85. Quā actione petitur  
res Codicillis relicta?**

Uti hereditas petitur actio  
ne in rem, qvæ etiam perso  
nales præstationes habet l.25.  
§. pen. ff. l.7. C. b. t. & petitio  
hereditatis dicitur, tot. tit.  
de pet. her. ita ad fideicom  
missa consevenda olim ex  
traordinariā persecutione o  
pus erat l.178. §. 2. de V. S. Re  
licta autem in codicillis, si te  
stamento fuerint confirmati,  
jus testamenti seqvuntur, &  
actio ex testamento dici pot  
est l.2. §. 2. l.14. ff. b. t. l. n. ff.  
testam. quem. aper. Si autem  
ab intestato valeant, propriā  
actionem producunt arg. l.3.  
§. ult. ff. l. 1. l. ult. pr: §. 1. 2. C.  
b. t. l.12. §. 5. ff. de capt. & post.  
Et cum his concurrunt actio  
nes ex legato competentes  
l. 1. 2. C. comm. de leg. §. 2. Inst.  
de leg.

**Examen**

**I**N studiis JENSENE tuis sic laude coruscas  
dum sacra Themidos dogmata sancta refers,  
nec minus ingenuos mores pietate tueris  
ut possis clari nomen habere viri.  
perge bono capto virtutis sternere cultum,  
non deerunt meritis premia larga tuis.

In honorem Clariss. Dni Respondentis  
I. mq; scripsit

## PRÆSES.

**E**T Tucum reliquis specimen de promere Juris  
Deproperas JENSEN, nec sine jure facis.  
Materiam egregiam disflusam, & Corpore toto  
Juris dispersam sistis amice' palam.  
Septem continua libris Legata leguntur,  
Materia artifici per placuisse patet.  
Nec Tibi displiceat Legata se care potenter,  
Legatis fias dives, & arte gravis.

*Hic Eximii ac politissimi DN. DETHLEVI JENSEN,  
popularis Holsati Examen Juridicum de Legatis a-  
micâ manu & mente prosequi voluit*

**C**hristianus Woldenbergius, Crempâ-Holsat.  
*Phil. J. U. D. Decretal. PP. Ducal. Consistorii Assessor,  
& Comes Palat. Cesareus.*

**S**Ic ditare suos VIRTUS modo novit alumnos,  
Hosq; jubet magnis anumerare viris :  
Cernimus hoc in te ( verè sic itur ad astra ! )  
Dulce perennantis pectus amicitiae.  
Diva Themista labore cupit tibi præmia ferre  
Digna, tuum nomen jam decorare studet ;  
Terq; qvater felix, qvi sic sua tempora sumpsit !  
Sumpsit, ut oblectet Tempus & ipse labor !

Talia

Talia si fas est de qvoqvam jure referre,  
Nescio num primus, proximus esse potes.  
Propterea cuncti meritò gratamur honores  
Qvos animi dotes promeruere tui,  
Ad Magnum Virtutis opus componere mentem  
Perge, tuos atus gloria certa manet.

Florentissimo Domino Respondenti  
bisie congratulantur

## COMMENSALES.

Egregium nobis jam prestans, dulcis Amice,  
Doctrina & solidæ specimen, dum publica scandis  
Pulpita, & hec summà defendis themata laude.  
Perge pari studio posthinc superare labores  
Exiguos, qui sunt reliqui, sic tangere metans  
Optatam facile poteris, subitoq; corolla  
Te Doctorali decorabit diva Themista.

Nobilissimo Dn. Respondenti amico suo frater-  
nè dilecto sic gratulari voluit.

Hartich Wedenhoff / Lubec.

DOCTISSIME DOMINE RESPONDENS!

Qvod de Legatis hæc ardua themata bellè  
defendas, meritò gratulor inde tibi.  
Ast utinam mihi quis legaret mille thaleros,  
Gratarer certè lætior ipse mihi.

Quod etiam haud egrere laturum  
confidit Tuus

GOTH: Wedenhoff /  
Lubec.


46 90



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn747238421/phys\\_0039](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747238421/phys_0039)

DFG



legatariis; nec L. Voconiaq; vā  
plus qvam heredi relictum  
nemo legare poterat, suffici-  
ebant Theoph. b. adeoq; & te-  
statorum, ne intestati mori-  
antur, & heredum gratia, ne  
adeundo hereditatē damnū  
sentiant, L. Falcidiae introdu-  
cta est, & testamentorum  
conservationi maximē con-  
sulit, l. 71. ff. b. t.


### 51 Quid est Quarta Fal- cidiae?

Est qvarta pars hereditatis, qvæ legatis ideo detrahitur, ne heres planè repudiet hereditatem, vel eam adeundo damnum incurrat pr: Insl. l. 1. ff. b. t. hinc etiam in successionibus ab intestato l. 18. ff. & in mortis causa donationibus obtinet l. 5. l. pen. C. b. t. l. fin. C. de mort. caus. don. securus ac in mortis causa capi-  
onib⁹ l. 1. §. 8. l. 93. ff. b. t. juncta l. 54. de cond. & dem. l. 31. 36. 38. ff. de mort. caus. don. uti nec legatariis, qvia in illis ratio conservandi testamenti ces-  
sat, competit l. 47. §. b. t. licet fideicommissario, si gravatus

sit, id p  
pen: ff.  
52. Q  
trahitu  
Sive  
herede  
tentio  
de R. V.  
debiti,  
cidiā l.  
l. 15. §.  
nem d.  
actione  
de leg.

53. Q

1. Si  
erit No  
C. b. t. q  
se DD  
19. c. l  
2. In d  
3. In te  
C. b. 4  
invent  
fin. C.  
ignora  
gata pr  
si qvib  
solven  
agnova



the scale towards document

01A

Image Engineering Scan Reference Chart TE063 Serial No.

C1 B1 A1 C2 B2 A2 B5 A5 20 18 17 16 11 B9

Patch Reference numbers on UTT

DFG

Universitäts  
Bibliothek  
Rostock